



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Multa commoda ecclesiae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

Ambros.
de uocati.
gent. lib.
1. cap. 4.

pro omnibus infidelibus & inimicis crucis Christi, ut relictis erroribus suis conuertatur ad Deum, accipiant fidem, accipiant charitatem, pro quibus omnibus sibi uult dominus supplicari: unde subdit. Qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire.

Credere ecclesiam non in ecclesiam.

CRedimus autem S. Catholicam ecclesiam, non tamen in ecclesiam credere debemus. Quia ecclesia non est Deus, sed domus Dei est, catholicam dicit toto orbe diffusam, quia diuersorum hereticorum ecclesie ideo catholice non dicuntur, quia per loca, atque per suas quasque provincias continentur. Hac uero a solis ortu usque ad occasum unius fidei splendore diffunditur, inquit D. Aug. de Tempo. Serm. 131.

Multa commoda ecclesie con- tulit paranympus.

Contulit autem cardiognostes Christus (qui uitam fecit ex morte, lucem creauit ex tenebris, Ambro. de uirgi. lib. 3.) sue sponsae

se multa bona: uirtutibus, sacramentis, scripturis, diuersis sanctorum generibus, eam ornans & decorans, pascens eam similitudine, melculo & oleo, Ezech. 16. quod est fide S. Triadis, uel sacra scriptura, uel sacramentis ecclesiasticis, &c.

Que attendens Augusti. in hæc uerba ebuccinat.

Ego uero, inquit, Euangelio non crederem nisi **Obserua.**

me catholice ecclesie commoueret authoritas, quibus ergo obtemperauit, dicentibus, credite Euangelio. Cur eis non obtemperem, dicentibus.

Noli credere Manichæo: hæc August. cōtra Epistolam Manichæi, quam fundamenti uocāt, ca. 5.

Simili modo Hiero. ad Minerium, plenis buccis intonat. Meum popositum est, antiquos legere,

probare singula, retinere quæ bona sunt, & à fide

de catholice ecclesie nō recedere, &c. Breuiter:

Ecclesia fouet, orat, benefacit: At ingrata Soboles

rursus tribus modis ipsam matrē impugnat:

Atrabili, uerbis, cruciatibus.

Arrige autem res excucullate, Ecclesia tribus modis impugnatur.

Duplex status ecclesie.

Est autem 2. status ecclesie, uterque perpetuus, **CONTEMPLATIUIORUM**, Qui omnibus temporalibus abrenunciantes holocaustum protogono, id est, primogenito offerunt. **ACTIUI**